

lat. *Dico enim vobis, non me videbitis amodo c dicatis, benedictus qui venit in nomine Domini.* quam, inquit, hac corporali præsentia, qua vom ad tempus conversatus sum, vos relinquam, me videbitis amodo donec me iterum ad judicentem melius cognoscatis, simulque una nsona voce omnes dicatis: *Benedictus qui venit in nomine Domini* (544). Hoc est enim quod alibi *Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi curvabitur genu, et confitebitur omnis lingua* (545).

IX. [CAP. XXIV.] *Et egressus Jesus de templo ibat; cesserunt discipuli ejus ostenderent ei ædificatio*

113 *templi ipse autem respondens dixit illis Vihæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic super lapidem, qui non destruat.* Hæc enim

lito et Vespasiano completa sunt. *Sedente autem super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis quando hæc erunt,*

od signum adventus tui et consummationis sæculi eorum interrogatio docet, quid Christi discipuli legerint. Audientes enim templi destructionem,

li consummationem subito fore putaverunt (546)

spondens Jesus dixit eis: Videte ne quis vos se-

t: multi enim venient in nomine meo docentes:

sum Christus, et multos seducunt. Hoc enim Si-

em Magum fecisse audivimus (547): hoc et

Christum facturum esse legimus. Ipse enim, ut

stolus ait: « Se exaltabit supra omne quod dicitur

, aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat

idens se tanquam sit Deus (*II Thess. xxi, 4*). » —

ituri autem estis prælia et opiniones præliorum,

e ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed non

finis. A Christi namque nativitate, ex quo an-

tecinerunt, « Gloria in excelsis Deo, et in terra

hominibus bonæ voluntatis (*Luc. ii, 14*): »

ito tempore princeps pacis Dominus noster in

nundo conversatus est, magna ubique gentium

et concordia fuit (548). Quo recedente paulatim

iæ fieri, seditiones moveri, et bellorum rumores

que audiri cœperunt. Sed non erant hæc signa

sæculique consummationis: multo enim ma-

lla erunt magisque terribilia quæ mundi finem

ædent. De quibus subditur: *Consurget enim*

in gentem, et regnum in regnum; et erunt pe-

4 *Isaiæ xlix, 18 et xlv, 24.* Beda: « Hoc pro-

mystice de illo ejus adventu intelligere cogi-

quo in claritate venturus est. » Ex Chrysostomo

sse (nam cætera ex Hieron. exscribit Beda) qui

. 75: « Futurum enim secundi adventus diem

loco significat. »

5) Hactenus homilia Eusebio Emiseno suppo-

6) Ita Chrysost., hom. 76: « Putabant enim

etiam statim adventum ipsius futurum. »

7) Simonem Magnum nominat hic quoque Hie-

et Beda: « quorum primus, inquit, Simon Ma-

nuit, extremus autem ille major cæteris, est An-

stilentia, et fames et terræmotus magni per loca.

Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Omnia enim

hæc jam præcesserunt, sed ad comparisonem illo-

rum, quæ futura sunt, tam parva fuerunt, ut illa

cum venerint, pro signo habeantur, et jam mun-

dum stare, et diutius morari vel durare non posse

manifeste denuntient. Ut enim in sequentibus dici-

tur, *erit tunc tribulatio talis, qualis non fuit, neque*

fiet (549). Quia enim tunc nascetur perditionis et

discordiæ filius, bella, lites, contentiones et omnia

mala ubique fieri oportebit. Ut enim pax præcessit

Christum, ita discordia præcedet Antichristum. *Tunc*

tradent vos in tribulationem, et occident vos, et eritis

odio omnibus gentibus, propter nomen meum. Hæc

enim, etsi apostolis accidissent, ad finem tamen re-

ferenda sunt, quoniam hæc talia signa apostolorum

tempore fuisse non legimus. *Et tunc scandalizabun-*

tur multi et invicem tradent, et odio habebunt invicem.

Et multi pseudoprophetae surgent et seducunt

multos. Isti enim erunt maxima et principalis causa

totius scandali, omnisque odii et tribulationis: qui

secundum operationem Satanæ, dabunt signa et pro-

digia multa, *ita ut in errorem inducantur, si fieri*

potest, etiam electi (550). Unde et subditur: *Et quoniam*

abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

Multorum enim charitas a divini amoris igne

deficiet, et refrigescet, quoniam multis modis ini-

quitas abundabit. *Qui autem perseveraverit usque in*

finem, hic salvus erit. Qui, inquit, in bono perseve-

raverit, et neque minis, neque blanditiis, neque si-

gnis vel prodigiis a fide catholica deviaverit, hic et

non aliussalvus erit. *Et prædicabitur Evangelium*

regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus.

Sicut enim in primitiva Ecclesia in omnem

terram exivit sonus apostolorum, et in fines orbis

terre verba eorum, sic et in ultima Evangelium

regni Dei in universo mundo cunctis gentibus præ-

dicabitur, ut nulla nulli possit fieri excusatio. *Et*

tunc veniet consummatio. Postquam enim ad hanc

prædicationem plenitudo gentium introierit, et

Israel salvus fiet, tunc et mundus finiet (551), et Ec-

clesia consummabitur, et desuorum filiorum pleni-

114 tudine gratulabitur.

C. *Cum ergo videritis abominationem desolationis,*

erant Parthi. Adde tumultuantes Judæos. Celebris

etiam Variana clades in Germania a. ar. vulg. ix et

Dalmatarum defectio; triumphus etiam a Germanico a 17 de Cherusiis Chattis, etc. Galli a Romano

duce defecere, et Tacfarinatis in Africa; Thraces a

Sabino domiti; Frisii, licet sub Christi mortem

clade Romanos affecere. Sed revera bella hæc fuere

non tanto discrimine, quanto superioribus tempori-

bus alia nonnulla.

(549) « Erit enim tunc tribulatio magna, qualis

non fuit ab initio mundi usque modi, neque fiet. »

(550) Hier.: « Non omnium negavit fidem, sed

multorum, nam in apostolis et similibus eorum per-

mansura est charitas. »

(551) De tempore præcedente eversionem Jerosolymæ interpretatur hoc Hilarius: « Et cum universis fuerit cognitio sacramenti cœlestis in vecta, tunc Jerusalem occusus et finis incumbet. » Victor quoque Antiochenus ad cap. xiii Merc. et Chrysostomus,

ut prius veniet occultus, sed, quasi sol in sua majestate præfulgens, ubique apparebit, ubique lucebit, cunctis etiam nolentibus revelabitur. *Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ.* Aquilæ enim, sanctorum animæ sunt, quæ et altius volant et clarius vident (556). Hæ autem tunc ad corpora propria venientes, ubicunque et quomodocunque dispersa sunt, ea iterum induent, ut totus integer et immortalis homo resurgat. Potest autem et sic intelligi, ut ubicunque Christi corpus fuerit, illuc et animæ convenient, paratæ ejus obedire præceptis. *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum; et stellæ cadent de cælo: et virtutes cælorum commovebuntur; et tunc parebit signum Filii hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa et majestate.* Quia enim tunc sol justitiæ Christus Dominus noster, omni luce splendidior, de cælis descendet, sol iste quem videmus, obscurabitur; et hæc luna non dabit lumen suum, obscurati immenso splendore majoris lucis (557). Sicut enim luna et stellæ solis hujus splendore pallescent, ita illius inenarrabili fulgore ipse sol in tenebras convertetur. Quod autem stellæ cadere dicit, vel sanctorum animas ad corpora descendere, vel ipsas juxta litteram quasi decedentes et obeuntes, lumen solitum amittere significat. *Virtutes autem cælorum commovebuntur*, quia omnis ille angelorum exercitus Christum Dominum nostrum ad judicium sequetur. *Et tunc apparebit signum Filii hominis in cælo*, per quod vel ejus crucem, vel aliquid aliud victoriæ signum intelligere possumus (558). *Et tunc plangent omnes tribus terræ.* Unde in Zacharia propheta scriptum est: « Et plangent eum planctu quasi unigenitum, et dolebunt super eum, ut dolere solent in morte primogeniti. In die illa magnus planctus in Jerusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. Et plangent terræ familiæ, et familiæ seorsum (Zachar. xii, 10). » Quomodo enim super eum non plangent, cum eum in tanta gloria videbunt, quem cum tanto opprobrio crucifixerunt! Sequitur: *Et mittet angelos suos cum tuba, et voce magna, et*

(556) Beda: « Innuat studium sanctorum: quod aquila cæteras aves volatu transgrediens, in ipsum solis radium oculos gaudet infigere. »

(557) « Sol et luna obscurabuntur, et cætera astra cadent de cælo non diminutione luminis, sed quod ad comparisonem veræ lucis omnia visura tenebrosa sint, » etc. Hieron.

(558) Hoc isdem ferme verbis Hieron. et Beda, « Signum hic, aut crucis intelligamus, aut vexillum victoriæ triumphantis. »

(559) Hieron. hic et ad cap. xxiii, 36: « Regula Scripturarum est, duas generationes ponere, bonorum, et malorum. »

(560) Hactenus homilia.

(561) Lucæ xxxi, 52. Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum, et homines.

(562) Celebris est ex his Matthæi, et Marci locis quæstio. Quam, addito tertio loco quem A. hic ex Luca subjecit, movere adversus Catholicos Ariani sive ex Arianorum sobole, ex quibus etiam hæreti-

A congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cælorum usque ad terminos eorum. Angelorum enim ministerio ex omnibus mundi partibus sancti Dei colligentur, et resurgent; a summis cælorum animabus descendentibus, et usque ad eorum terminos venientibus. Quod enim ait *cum tuba*, ipse exposuit dicens, *et voce magna*. Magna enim vox erit quæ mortuos suscitabit, et mundum universum replebit. *Ab arbore autem fici discite parabolam: cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita et vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis.* Sicut enim ficus novis ramis et foliis orientibus æstatem proximam adesse annuntiat; ita et hæc omnia tam magna tamque inusitati, Christi adventum manifestissime nuntiabunt.

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Hoc enim de Scribarum et Pharisæorum generatione intelligitur, super quam omnem sanguinem justum venire superius dixerat. Non prius igitur illa generatio præteribit, non prius deficiet, nec tota a sua iniquitate cessabit, quam ista omnia compleantur (559): *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quod enim Veritas dicit immutabile est, et præterire non potest, alioquin Veritas non esset. *Cælum igitur et terra transibunt*, quia secundum hoc, quo modo sunt, in melius commutabuntur, sed verba Veritatis a statu suo mutari non potuerunt (560). *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli cælorum, nisi Pater solus.* Alius autem evangelista addidit, « neque Filius (Marc. xiii, 32). » Magnum est igitur hoc secretum, quod nemo scit nisi Pater, id est virtus et sapientia Patris, quæ simul una et eadem est et Filii, et Spiritus sancti. Sola ergo Trinitas unus Deus scit hoc secretum, quod ipse quoque Filius ignorat, secundum hoc quod homo est et filius hominis. Si enim secundum hoc quod homo est, omnia sciret, nequaquam dictum esset (561), « Jesus autem crescebat sapientia et ætate coram Deo et hominibus (562). » *Sicut autem in diebus Noe, ita erit adventus Filii hominis.* Et hoc exponit. **116** *Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, usque ad eum*

eorum novum genus exstitit, qui ex objecta hac ignorantia Christo, Agnoeta dicti sunt; de quibus Leontius, De sect., Eulogius et Basilus Cilix, ap. Phot., Nicephorus Callix, etc., et recentioribus Petarius, lib. xi De Trin., c. 3, et De Incarn. lib. i, c. 16; lib. xi, c. 1. A nostri sententia eadem fuit quæ PP. nonnullorum « magni in Ecclesia nominis et celeberrimorum, » ut ait Petavius l. xi all., quos ipse nominat, et Maldonatus ad h. l. Hic, etsi eam opinionem auditione prima horrendam videri, ait, adhibita tamen interpretatione verum habere sensum contendit; si nimirum « causam » significet, et nescire dicatur Jesus-Christus diem illum « quia homo est, » sed scire tamen, quia homo Deus: quæ interpretatio est etiam Menochii, et videtur esse Gregorii ad Eulogium, l. x, ep. 39, scribentis: « In natura quidem divinitatis » nosse diem et horam judicii, non vero « ex natura humanitatis. » Alii, ut a Lapide, Tirinus, etc., dicunt Christum ut hominem nescire diem judicii, quatenus locutus est ad homi-

diem quo intravit in arcam Noe, et non cognoverunt, donec venit diluvium, et tulit omnes; ita erit et adventus Filii hominis. Mortuo enim Antichristo, tunc terris reddita pax, sanctis omnibus propter signa quæ non videbunt, diem ultimum expectantibus, infideles et peccatores, sola terrena et transitoria cogitantes, omni voluptati sicut prius operam dabunt: vendentes et ementes, comedentes et bibentes, nuptias contrahentes, et similia facientes. Sed ecce subito cum dixerint, pax et securitas, « tunc repentinus eis superveniet interitus (I Thess. v, 3). » *Tunc duo erunt in agro; unus assumetur, et unus relinquetur.* Ager enim est mundus, sicut ipse Dominus ait, exponens parabolam qua dicitur, « Simile est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo (Matth. xiii, 24). » In hoc autem agro sunt duo, scilicet fidelis et infidelis: et fidelis quidem assumetur in gloriam, infidelis autem relinquetur in pœna. *Dux molentes in mola, una assumetur, et una relinquetur.* Hæc enim mola sancta Ecclesia esse videtur, in qua dum sententiarum frumenta frangimus, dum Scripturas exponimus, dum in farinam cuncta convertimus, verbi Dei panem, quo animæ nutriuntur, conficimus. Molentes autem non omnes, sed soli boni in gloriam suscipiuntur: et merito quidem non duo, sed dux dicuntur, quoniam ita molere ad animas pertinet; quamvis hoc de Synagoga et Ecclesia satis congrue intelligi possit (563); utraque enim molit, utraque Scripturas exponit: altera tamen et non ambæ assumuntur. *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus est.* Unde hoc? Quia de die illa, vel hora, ut modo diximus, nemo scit. *Illud autem scitote quia si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilet utique, et non sineret perfodi domum suam.* Quia igitur nescit, quia dormiens negligit, sæpe domus perfoditur, et quidquid in ea melius est, fit rapina latronum. Vos autem estote parati, estote solliciti, et quia illam unam horam nescitis, omnibus hori vigilate, ne in illa incauti et dormientes inveniāmini. Ethoc est quod ait: *Ideo et vos estote nes:* qua interpretatio cum alia coincidit Jansenii Conc. c. 123, et communis ferme est; dici nescire, quia nescientes nos facit, ut loquitur Aug. lib. LXXXIII, q. 60, et lib. I De Trin., c. 12, et Beda ad h. l., id est nobis non revelat, et a Patre id non communicandum hominibus accepit: sive ad eum referendum, non « juxta hoc quod caput est, sed juxta corpus ejus » quemadmodum idem Gregorius I. all. Nec valde imo nihil omnino ab hac explicatione explicatio differt Hilarii, qui hac de re fuse agit l. XI De Trin. scribens, num. 63. Deum tunc ignorantiam profiteri, cum « aut tempus non est loquendi, aut dispensatio est non agendi; » quæ postrema verba aliam præterea explicationem suppeditant, quæ est Epiphaniî hæc. 69, n. 44, dici ignorari judicii diem, quod non dum judicii instituendi dies advenerit; quam scientiam experimentalem vocant, et de ea quoque exponunt Lucæ locum de Christi profectu, et sapientia; quatenus « secundum processum ætatis perfectiora opera faciebat, » ut ait S. Thomas III, p., qu. 7, art. 12, ad 3, qui etiam de scientia Christi experimentalis agit ib.,

A parati, quia nescitis qua hora Filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis servus et prudens quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Quis, inquit, nisi unusquisque vestrum, et cæteri similes vestri? quis est fidelis servus et prudens, quos ad hoc super familiam suam, super domum et Ecclesiam suam Dominus constituit, ut eam regatis, doceatis, et nutriatis, et pro tempore et mensura, ordine et ratione, omnia faciatis? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit sic facientem. Sed unde beatus? Vis audire unde? *Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum.* Quis enim illo beatior erit, qui super omnia constituetur? In hoc enim fidelis servus major erit et superior omnibus in quo se magis humiliaverat, et ministraverat omnibus. *Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: moram facit Dominus meus venire, et cæperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis; veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat, et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis; illic erit fletus et stridor dentium.* Qui enim multum se in hac vita vivere sperans, sola caduca et transitoria diligens, cunctis carnis voluptatibus se subjiciens, non cum sobriis sobrie, sed intemperate cum ebriosis manducat et bibit, servos percutit, familiam affligit, subjectos despicit: iste quidem, etsi non voce, corde tamen et opere clamat: moram facit Dominus meus venire; securus sum; jam nihil timeo; meæ igitur obediæ voluntati. *Veniens igitur Dominus ejus die qua non sperat, et hora qua ignorat, subito eum de hac vita exire compellens, dividet eum.* Quid est enim mors nisi corporis et animæ divisio et separatio? Tunc ergo homo dividitur, quando corpus ab anima separatur. Ponit autem partem ejus cum hypocritis, modo interim crucians animam, postmodum vero et corpus et animam.

CI. [CAP. XXV.] (564). *Tunc simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ.* Quid est qu. 15, art. 8. Alii alio modo sapientiam experimentalem, juxta quam Christus proficiebat, usu nimium acquisitam, ut Tirinus exponunt, etc. Quid si dicamus Christum ut hominem nescisse diem illum scientia experimentalis, quatenus eo temporis articulo adfuturus sit, ut ad eum prænosendum nullus usus rerum, nulla temporum cognitio, nulla conjectura pervenire possit desumpta ex humanarum rerum experientia? Hoc certe esset contextui toti et Domini sermoni accommodatissimum.

(563) Hieron.: « In duobus qui in agro commorantur, et in duabus quæ pariter molunt, vel Synagagam intellige et Ecclesiam, quod simul molere videantur in lege, et de iisdem Scripturis farinam dedere præceptorum Dei; vel cæteras hæreses, quæ de utroque testamento, aut de altero videntur molere farinam doctrinarum suarum... et non eandem mercedem recipiunt, aliis assumptis, et aliis derelictis. » V. Hilar., c. 26, n. 5.

(564) Est homilia Emiseni in nat. Virginum, p. 232. Intellige semper S. Brunonem Astensem.